

Die XV. Martii.

OFFICIUM

S. RAYMUNDI ABBATIS,

Fundatoris Ordinis Militaris de Calatrava,

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic apponuntur.

In Hymno, Iste Confessor, dicatur: Hac die lætus méruit supremos Láudis honóres.

Oratio.

DEus, qui beato Raymundo Abbati præliari prælia tua, & fidei inimicos superare dedisti: concede, ut ejus nos intercessiõne munítí, ab hóstibus mentis, & córporis liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Chri-

stum, &c.

Lectiões primí Nocturni, in Quadragesima, erunt: Justus, si morte, de eodem Comuni.

Si veró transferatur post Pascha, erunt de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.
Lectio iv.

RAymundus, Canonicus Ecclesiæ Turiasonensis in Regno Aragóniæ, quó divina procul á mundi strépitu libérius contemplantur, superno Spíri-

tu afflante, in solitudinem se recepit; deinde cum Cisterciensium Monachorum fama undequaque diffunderetur, illud amplexus est institutum, ac longè lateque evulgata ejus vitæ sanctimonia, Abbas monasterii beatae Mariae de Fitéro constitutus est. Postquam verbo, & exemplo ad omne opus pietatis suos induxisset, copiosum exercitum fidelium collegit, castrum de Turrungen, & Calatravam à Mauris tuendam de manu Sanctii Castellæ Regis suscepit, ac peritia rei militaris mirabiliter pollens, Saracenos fugavit, multasque urbes expugnavit. Novo, & usque ad ea tempora inaudito exemplo Raymondus monachatus

militiam conjunxit: Ordinem militarem de Calatrava nuncupatum, & in tota Europa celeberrimum, ac à pluribus Summis Pontificibus approbatum instituit sub Règula, legibus, & visitatione Cisterciensium, ex quo alii Ordines militares de Alcántara, de Christo, de Avibus, de Montésia, de Montefranco, de Montegaudio, & de Truxillo eidem religioni Cisterciensi subiecti prodiérunt.

℞. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. †. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

HÆc fuere prima
 sémina ínclytæ
 militiæ, sub qua tot vi-
 ri, tot Príncipes, tot Du-
 ces, tot étiam áliæ reli-
 giósæ militiæ profite-
 réntur. Hujus novi Or-
 dinis mílites, quám diu
 á prælio abstinébant,
 adamússim observá-
 bant victum, vestítum,
 psalmódiam, contem-
 platiónem, opus má-
 nuum, siléntium, vigi-
 liasque, ac déniq̄ue mú-
 tuam quotidianórum
 deféctuum proclama-
 tiónem, ut nihil minus
 à mónachis efficerent.
 Hínc præcéptum est
 commúni assénsu, & de-
 liberatióne Capituli
 Generális Cistercién-
 sis, ut illíus Ordinis mí-
 lites essent filii mona-
 stérii Morimúndi, ut-
 que Abbas, & domus

3
 éadem, in eos jus illud
 filiatiónis habéret, qua-
 le in Morimúndo nósci-
 tur habére Cistércium.
 Eídem militiæ beátus
 Raymundus, ultra ip-
 sam Calatrávæ arcem, &
 óppidum, plura ália lo-
 ca, & castra acquisívit.
 & Amávit eum Dómi-
 nus, & ornávit eum, sto-
 lam glóriæ índuit eum:
 * Et ad portas paradísi
 coronávit eum. †. In-
 duit Dóminus lorícam
 fidei, & ornávit eum.
 Et ad portas.

Lectio vi.

TAndem vir san-
 ctus, utriúsque
 militiæ coeléstis, & ter-
 renæ suprémus Ductor,
 post multas victórias
 partas de Saracénis, plu-
 res de doemone, post ca-
 putiãtas gáleas orbi ín-
 ductas cunctis fidei
 inimicis formidábiles,

post homines aptatos utriusque armis, qui & ad sonitum buccinae leones, & ad tympani iectum agnos, illud in praelio, hoc in claustris imitarerentur, plenus dierum & virtutum, anno salutis millesimo centesimo sexagesimo tertio, & sexto regiminis Ordinis a se inchoati, animam emisit, multis post mortem miraculis illustris. Sacrae ejus corporis exuvia Tolatum translatae in monasterio Montis Sion, auctoritate Pauli Papae secundi, litteris datis die decima quinta mensis Martii, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, super Altaris aram ad Epistolarum cornu decenter collocatae fuerunt, additis a Summo Pontifice indul-

gentiis, iis, qui eum locum devote visitaverint.

R. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: ingredi in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

IN III. NOCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Cap. 3.

Lectio vii.

IN illo tempore: Dicebat Joannes ad turbas, quae exhibant, ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Et reliqua.

Homilia S. Bernárdi
Abbátis.

*In Exhortatióne ad
Milites Templi.*

SI percútere in glá-
dio omninó fas non
est Christiano, cur ergo
præco Salvatoris con-
téntos fore suis stipén-
diis militibus indíxit,
& non pótius omnem
eis militiam interdíxit?
Sed secúré dissipéntur
gentes, quæ bella vo-
lunt, & abscindántur
qui nos contúrbant.
Exerátur gladius utér-
que fidélium in cervi-
ces inimicórum, ad de-
struéndam omnem al-
titúdinem extolléntem
se advérsus sciéntiam
Dei, quæ est Christia-
nórum fides: Ne quan-
do dicant Gentes: Ubi
est Deus eórum? Porró
imminénte bello, intus

5
fide, foris ferro, non
auro se múniant, quá-
tenus armáti, & non or-
nátí, hóstibus metum
incútiunt, non próvo-
cent avarítiam. Deínde
non turbulénti, aut im-
petuósi, & quasi ex le-
vitáte præcípites, sed
consúlté, atque cum o-
mni cautéla, & provi-
déntia seípso ordinán-
tes, & disponéntes in
áciem, juxta quod de
pátribus scriptum est:
Veri profécto Israelitæ
procédunt ad bella pa-
cífici.

℞. Iste est qui ante Deum
magnas virtútes operá-
tus est, & de omni cor-
de suo laudávit Dómi-
num: * Ipse intercédát
pro peccáti omnium
populórum. †. Ecce ho-
mo sine quæréla, verus
Dei cultor, abstínens se
ab omni ópere malo, &

pérmanens in innocén-
tia sua. Ipse intercédât
pro peccâtis.

Lectio viii.

AT veró ubi ven-
tum fúerit ad cer-
tâmen , tum demum
prístina lenitáte post-
pósita , tanquam si dí-
cerent: Nónne qui odé-
runt te, Dómine, óde-
ram, & super inimícos
tuos tabescébant? Ir-
ruunt in adversários,
hostes velut oves répu-
tant, nequáquam , etsi
paucíssimi , vel sævam
barbáriem , vel nume-
rósam multitudinem
formidántes. Novérunt
síquidem non de suis
præsúmere víribus, sed
de virtúte Dómini Sá-
bath speráre victó-
riam , cui nimirúm fá-
cile esse confidunt, jux-
ta senténtiam Macha-
bæi , conclúdi multos

in manus paucórum, &
non esse différentiam
in conspéctu Dei coeli
liberáre in multis, &
in paucis: quia non in
multitúdine exércitus
est victória belli, sed
de coelo fortitúdo est.
Ita dénique miro quo-
dam ac singulári modo
cernúntur, & agnis mi-
tióres, & leónibus fero-
cióres: ut pené dúbí-
tem, quid pótiús cén-
seam appellándos, mó-
nachos videlicet, an mí-
lites, nisi quód utrúm-
que forsan congruén-
tiús nominárim, qui-
bus néutrum deesse
cognóscitur, nec móna-
chi mansuetúdo, nec
mílitis fortitúdo. De
qua re quid dicéndum,
nisi quod á Dómino fa-
ctum est istud, & est mí-
rábile in óculis nostris?
Tales sibi elégit Deus,

& collégit á finibus terræ ministros ex fortissimis Israel, qui verilectulum Salomónis vigilanter, fideliterque custodiant, omnes tenentes gládios, & ad bella doctissimi.

R. Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus vestris: * & vos similes hominibus expectantibus Dóminum suum, quando revertatur á núptiis. *Ps.* Vigilâte ergo, quia nescitis, qua hora Dóminus vester venturus sit. Et vos. Glória Patri. Et vos.

Nona Lectio dici-

tur de Homilia occurrenti, & in Laudibus commemoratio Feriæ.

Quod si contigerit hoc festum celebrari extrá Quadragesimam in die, in quo non occurrat festum simplex, propriam lectionem habens, tunc dividatur octava Lectio ab illis verbis: Ita denique quæ, cum sequentibus usque ad finem, legentur pro nona Lectione.

Missa Os Justi, de Comuni Abbatum, cum Oratione ut supra, & Evangelio proprio.

JAM pridem á S. R. Congregatione die 21
 Januarii 1702. approbatum, & concessum
 Monachis Congregationis Cisterciensis, ac subin-
 de ab eadem S. R. Congregatione die 15. Fe-
 bruarii 1727. ad Romanum ritum redactum,
 atque annuente Benedicto XIII. ad Clerum
 Civitatis, Diœcesis Turiasonensis extensum,
 postea iteratis ejusdem S. C. decretis, nem-
 pe die 10. Aprilis 1728. Religiosis refor-
 matis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis
 Captivorum Congregationis Hispaniæ, atque
 die 23. Augusti 1766. utrique Clero totius
 Regni Navarrae pariter extensum. Et novis-
 sime ad preces Caroli IV. Hispaniarum Re-
 gis Catholici á Sanctissimo Domino Nostro
 Pio VII. per suum Breve datum Romæ
 die 5. Decembris 1800. conceditur, ut quot-
 annis in die XV. Martii ab universo Clero
 Seculari, & Regulari utriusque sexus cur-
 atorum dominiorum eidem Catholico Regi sub-
 jectorum idem Officium cum Oratione, et Missa
 recitari possit deinceps sub ritu duplicis mi-
 noris.

Imprimatur.
 Dr. Garcia V. G.